

graphum, luculentissime demonstravit Burgess. l. c. Proxime ad hos accedit

3. Guelph. Guelpherbytanus

seculo XIV aut XV scriptus, in Bibliotheca ducali Guelpherbytana asservatus, a Schützio collatus, qui mirum in modum cum Aldina editione consentit, ita ut utrumque ex eodem archetypo descriptum esse perspicuum sit. Fuit autem codex, ex quo descripti sunt, admodum quidem corruptus, sed manus emendatricis vestigiis immunis, ideoque multas egregias lectiones praebent, et ipsa illa monstra verborum, quae hic illic comparent, non raro ad verum ducunt. Hos subsequatur

4. Reg. L.

chartaceus, manu Jani Lascaris exaratus, in Bibl. Reg. Parisiensi No. 3521, ab Askewio collatus, unde Ask. D. a. Buttlero Schützioque vocatur. Hi quatuor soli Supplices continent; in tribus prioribus magna illa lacuna est in Agamemnone et Choephoris, in postremo Agamemnon Choephorique omnino omissi sunt.

5. 6. Ven. 1. 2.

Veneti duo apud Buttlерum, ex quorum altero Agamemnona primus supplevit Victorius.

7. 8. Regg. A. B.

codices bombycini Bibl. Reg. Paris. No. 2884 et 2787, Prometheus, Sept. c. Theb. et Persas continentes, a Brunckio collati.

9—13. Regg. C. D. E. F. N.

codices Regii Parisienses a Vauvillerio collati.

14—16. Regg. G. H. K.

codices Regii Parisienses, ita ut Reg. L. ab Askewio collati, unde Buttlero et Schützio Ask. A. B. C. audiunt.